

De disciplina & perfectione

inimicus tibi inuidens: sanctis tuis studiis aduersari; ut tuae præcipiat meritum sanctitatis. Primo namque conatur mentis tuae domicilium variis exagitare tentationibus, aut hebetudine obnubilare: quatenus ex his impulsionebus tuo perturbatus animo nequeas cogitare quod prius quietus meditando dulciter gustare confueueras: ac per hoc affectus radio vsum aetumque deferas meditandi. Hac machinatione aduersarij, qua plurimi prostrati fuere: arbitrantes se magis placere Deo, si lectionibus, vel operibus manuum occupentur, quam si reluatentes contra scipios, mentis sua sterilitatem meditando, & orando abigere contendant. Horum deceptoria deliberatio proflua ab orationis placida tranquillitate eos abstrahens, in turbulentio mari diuersarum inutilem cogitationem naufragare coegerit. Quod si hac nil se viderit arte proficere veritus hostis, simplicitatem studet irridere meditantis: & hoc meditationis sanctum opus tuum, nouitorum asserit esse principia: verecundumque fore suggesterit, vt post diuturnam in via Dei conuersationem nouitorum debeat exercitia fecari. Ita suaderi inventori malorum diabolus, vt hac palliata decipula seductus subtiliora & magis profunda querat, quam tibi conueniant: in quibus nihil proficias: immo tua merito elatione proflata amittas quod dulciter utiliterque tenebas. His itaque edictus paginis, o noue Christi miles, qui cupis Deo feliciter inharrere: vide ne illo modo a consueto meditandi frangaris modo. Non hebetudo mentis, non tentacionum infestatio, non inimici qualisque suggestio a confusitudine diuellat meditandi. Si enim memoratas constanter superaueris tentationes, tanquam triumphator egregius in latissima orationis campum misericorditer proueheris.

Quod magni periculi sit officium presidentium: & quod solerter considerare debent qualiter circa unum quenque se habere oporteat: & quia via sibi commissis ad perfectionem dirigant nec non quod multa sint metria illorum, qui vititer praefint.

C A P. I X.



Absit hoc proprium, qui medicinae arti inferunt: & corporum moritorum moluntur parare remedia, vt quum cœperint visitare ægrotum, non ox ipsius morbi causam, originem, naturamque indagare non definit: quatenus habita horum que prætacta sunt agitacione, valeans opportuna languenti interrogare subsidia. Nam difficulter quod ignoratur, curatur malum. Hac nimis prudentia, hoc medicandi ingenio pollere debent, qui animarum profectibus deputati sunt: & qui nouitorum introducentorum in viam Dei funguntur officio. Primo, & p[ro]x omnibus studeant naturas, mores, ac singulorum sibi commissorum desideria diligenter agnoscere, vt postea unicuique possint congrua inferre antidota. Non enim omnia uno medicaminis genere sanantur corpora, neque cunctæ animæ pari institutione purgantur. Propterea inquali modo sicut expedire censetur dirigenda sunt, vt in virtutibus crescant. Ideo graui-

ter errauerunt, qui in dirigidis animabus ducatum habentes, in hac discretionis regula esse neglexerunt. Persepe ex admonitione in experti ducis, in baratu deductus est subditus desperationis. Nonnunquam etiam ex imprudentia pastoris iij qui ad summam virtutum arcem, & perfectionis fastigium facile condescendent: evanescunt nil defuga proficientes, conuertatione: & quod deterior est, a lanceo proposito resiliunt. Terra etenim que sagaci excolitur agricultori manu, vberem producit ex se fructum. Si autem hac eadem negligenti tradatur ac nescienti operario, repente virtus repletur & vepribus. Qui legit, intelligat. Proinde onus graue & valde formidabile esse comprobatur animarum regimen. Sed heu hodie à multis desideratur, quartitum emitur, & absque timore obtinetur: quia quale sit, ignoratur. Attendit huiusmodi præfentia, nec futura prospiciunt. Magni existimant, si præponentur catenis, si aliis imparent, si honoribus extollantur. Gaudent iuxta domini sententiam vocari ab hominibus rabbi, & a subditis ut patres venerari. Attendit quid existimant, nō quid intineat considerant ipsi elatione tumidi, mente carari, intentione corrupti, & moribus perditi, quam sit breve ipsorum gaudium, quam formidabilis statuta, quam fugitiu[m] honoris. Nam tanquam somnium surgentium de stratu est vita h[ab]ec, & omnis illius delectatio ad instar puncti. Labitur enim quum tenetur, amittitur quum possidetur. Nihil in ea stabile, nil mundum, nil securum, nihilque astimatione dignum. Quo autem dulciter tenetur, eo durius ac laboriosius relinquitur: & quanto quis in ea sublimior fuerit, tanto maiora ab eodem exigentur. Telle nanque scriptura. Iudicium durissimum fiet iis qui præfunt. Venient quippe, venient dies, quando dominus Iesus viutorum iudex & mortuorum à singulis suorum inquireret munitissimum rationem donorum. Vnusquisque namque pro se redditurus est rationem: prælati vero pro seipsis, & pro commissis respondere cogentur. Si autem pro se vix repperitur, qui satisfacere valeat: quomodo qui præsunt, pro se & pro multis? Stabunt omnes: præcipuam tamen animarum duces ante Christi tribunal: & ibi de operibus, de omissionibus, de verbis, de cogitationibus, de intentionibus, de affectibusque fiet interrogatio vniuersalis. A pastribus autem exigetur li doctrina, ex epis, & solicitudine lucra que fuerunt animarum. Nam à Deo ideo præpositi sunt, vt subiectorum insistant profectibus & commendationes reddant Christo, quos accepterunt ab ipso. Propterè merito poemas luet pro negligentibus, & pro subditorum delictis, si disimulasse, si rauisse, si non clamasse, aut non orasse fuerint comprehensi. Si qua vero ouicula ex ipsorum eruerit perieritque incuria, tunc ipsius sanguis de eorum extorquenterbit manu. Promide debent sine interuallo admonere verbis, redarguere in crepitacionibus, ac tertere minis: quatenus omnes sub lotis diuinis timoris coerecat, & qui in eum in ipsis est cunctos saluificant. Vniuersis quoque ut lute speculum sanctitatis, virtutis exemplum, & moris forma, necessari est. Nec tamen desiderare debent, quin domino asistant in oratione: & lacrymis humiliibus, ac deuotis supplicationibus Dei exortent clementiam, ut ipsius sapientiam tribuat, & prudentiam ad bene gubernandum commissos. Subditis autem gratia obediendi, & tolerantia perseverandi. Hoc

Mat. 23.

Sap. 6.